



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LII. Episcopus an possit visitare hospitale fundatum cum pacto, ut
visitatio spectet ad Priorem illius, & quomodo visitandi jus censeatur
concessum cumulativè ad Episcopum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

parte disputationem determinavit Rota coram San. mem. Gregorio XV. dec. 4. & dec. 3. qua sunt in recent. dec. 30. & 33. par. 2.

Altera moderatio, quam Concilium fecit circa hospitalia exempta, habetur in c. 9. ad. sess. 22. de reform. nempe ut administratores tam Ecclesiastici quam Laici dicorum hospitalium singulis annis teneantur rationem administrationis suae reddere Ordinario, non obstantibus quibuscunque privilegiis & consuetudinibus; quod decretum ita extenditur, ut quamvis statuto, consuetudine vel privilegio rationes reddendae sint aliis personis ad id deputatis, debeat tamen una cum his adhiberi Episcopus, non solum in computibus revidendis, sed etiam in liberatione facienda. Fagnan. in d.c. Ad hac n. 40. & 41. & ab hac moderazione non excipitur nisi casus, quo in limine fundationis expressè cautum est, ne Episcopus in ratione administrationis se ingereret; unde apparet administratores locorum piorum Regiae protectionis non esse liberos ab huiusmodi redditione rationum, quamvis ipsa loca à visitatione libera sint. Barbosa ad d.c. 9. sess. 22. de reform.

DECISIO LII.

Episcopus an possit visitare hospitale fundatum cum pacto, ut visitatio spectet ad Priorem illius, & quomodo visitandi jus censeatur concessum cumulativè, non autem privativè ad Episcopum.

R.P.D. Ludovisio, postea S.D.N. Gregorio XV.

Abulen. juris visitandi.

Mercurii 28. Iunii 1600.

SUMMARIUM.

Est in ed. impressas Ludovisio decisio. 4.

- 1. Sententia lata absque citatione est nulla.
- 2. Alius qui dederunt causam liti, non tribuunt ius considerabile.
- 3. Pro.

3. Protectio loci pii alicui relicta non tribuit jurisdictionem.
4. Visitatio est ad rem jurisdictionis.
5. Jurisdictio concessa communitate non privative quoad Ordinarios.
6. Fallit quando jurisdictio conceditur favore persone in quam exerceri debet, & interest eius non habere plures iudices.
7. Hospitale habetur pro persona.
8. Visitatores plures habere non interest.
9. Ecclesia creata cum hoc quod sub sit Abbati, nihilominus est sub Episcopo.
10. Ecclesia statim ac est fundata, est in potestate Episcopi.
11. Hospitale erectum auctoritate Ordinarii dicitur Ecclesiasticum.
12. Episcopus in limine fundationis potest consentire, ut hospitale erigendum sit liberum à sua visitatione.
13. Episcopus quod visitationem à se abdicare non possit, intelligitur in Ecclesia jam constructa & num. 14.
15. Hospitale fundatum sine consensu Episcopi non est locus religiosus.
16. Visitatio non competit Episcopo in hospitali religioso, potest tamen competere uti Sedis Apostolica delegato ex forma Concilii Tridentini.
17. Visitator specialis an excludat Generalem.
18. In visitationis materia plurimum tenditur subiectio.
19. Visitationis materia est intricata.
20. Jurisdictio concessa ad petitionem non motu proprio, concessa utique privative, non cumulative.

SENTENTIAM Provisoris Abulen. revocandam dixerunt Domini, non solum ex capite nullitatis, propter defectum citationis. l. a. §. item cum ex edicto ff. que sunt sine appell. rescind. l. de unoquoque ff. de re judic. l. nam ita Divus ff. de adopt. sed etiam ex capite injustitiae, quia in ea dicitur Episcopum esse in quasi possessione visitandi Hospitale, de quo agitur, quae tamen quasi possessio, non deducitur nisi ex actibus, qui dederunt causam liti, & jus aliquod considerabile non tribuunt, ut fuit dictum in una Hispanen. jur. visitationis 16. Junii 1586. coram bon. mem. Robustero, & in alia Diergen. Jurisdictionis S. Joannis 4. Decemb. 1591. coram bon. mem. Orano. Tum etiam, quia dicit visitationem spectare ad Episcopum tanquam ordinarium juxta declarationem Concilii, quae tamen hoc non dicit, & Concilium concedit hanc facultatem Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis.

Circa illud, quod etiam objiciebatur contra sententiam, videlicet quod ex fundatione spectet jus visitandi ad priorem, & propterea intret limitatio posita in decisione congregationis Concilii, nisi aliter sit in fundatione cautum; Domini non fuerunt concordantes, si concessio facta Priori intelligeretur privative, vel potius cumulative, allegabantur præcipue tradita à Gabr. conf. 195. lib. 2. in terminis visitationis Hospitalis facien. per Ordinarium, non obstante, quod in fundatione ejus cura alteri demandata videretur, qui tamen Gabr. loquitur, quando alicui esset concessa

la protectio, & defensio, quæ (ut dicit, & probat ipse) non tribuit, nec eximit à jurisdictione, nil mirum si hujusmodi defensori non competat visitatio, quæ est jurisdictionis. Innoc. in C. in singulis, num. 1. de statu Monach. Pavin. de visit. par. 1. quest. 1. num. 8. in casu autem nostro fuit inter alia commissa visitatio in specie: pro Episcopo tamen videtur facere communis Regula, quod jurisdictione censeatur concessa cum lativè, non privativè ad Judices ordinarios. Bart. in l. 1. C. de offic. pref. Urb. Bald. in l. unica § ubi autem, num. 6. C. de Cad. tollen. Anchar. conf. 164 sub num. 5. vers. nec ex eo, quod populus, latè Roman. conf. 395 numer. 1. cum nonnullis seq. Paulus de Castro in l. testam. sub num. 6. C. de testam. q. si qui communem dicit in l. quod in rerum §. si quis post numer. 8 ff. de leg. 1. Felin. in cap. pastoralis post num. 2. vers. Regulariter videtur de officio Ordinarii, Dec. consil. 3. num. 3. Ruy. qui de commun. testam. consil. 7. numer. 5. lib. 4. possit tamen dici regulam limitati, quando jurisdictione conceditur favore personæ, in quam exerceri debet, & favor ipsius est non habere plures, qui eam exerceant, Bald. in l. unica num. 7. C. de caduc. toll. Ang. consil. 375. ad finem vers. saluti 4. Aret. consil. 102. sub num. 1. Felin. in d. cap. pastoralis num. 2. in fine vers. l. m. 5. Cora. consil. 3. sub num. 5. vers. 2. responderi lib. 2. Afflic. decis. 41. num. 2. in fine, & num. seq. Aym. consil. 41. num. 34. vers. septimo jura, Ruy. Jun. consil. 715. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. sub num. 16. vers. Nonus est casus. Hic autem concurrebat favor hospitalis, quod pro persona haberetur in hac materia. Bald. in d. l. unica sub num. 7. Aret. consil. 83. num. 4. in fine & consil. 102. post num. 2. Interest autem hospitalis, ne vexetur à pluribus visitatoribus. Ang. in l. si testamenta, vers. si favore personarum, C. de testam. sentit Bal. in Auth. habita sub num. 59. C. ne fil. pro patre, maxime quia non solum fuit concessa visitatio favore Hospitalis, sed etiam Prioris pro tempore, qui constituitur patronus ipsius hospitalis, Angel. consil. 375. in loco supra citato. Gram. decis. 30. numer. 11. in fin. & num. seq. Aym. d. consil. 41. num. 34. Menoch. præsumpt. 18. numer. 23. & fuit dictum in una Burgen. jurisdict. S. Joannis 20. Decembris 1596. coram bon. mem. Orano: contra Priorum etiam facere videtur dictum. Bart. in l. quoties §. fin. num. 1. ff. de administr. sui. quæ respicit, & sequitur Felin. in cap. cum venerabilis sub num. 33. vers. & ideo dixit Bart. de except. quod si aliquis fundat Ecclesiam hoc pacto, quod sublit Abbati, quod nihilominus erit sub Episcopo. Non enim potest ædificans, aut fundans facere quod Episcopo non sublit, Innoc. in cap. Lateranensi num. 1. de præb. Abb. in cap. cum dilectus num. 4. de consuetud. & in c. 3. sub num. 13. de Eccl. edif. & in d. c. cum venerabilis num. 33. & consil. 121. num. 2. facit cap. si quidam caus. 10. quest. 1. Rota divers. decis. 10. de testam. in an. 119. si videtur posse dici prædicta procedere in fundatione Ecclesie & beneficii, quæ statim ac sunt constituta, sunt in potestate Episcopi. cap. omnes Basilica 16. quest. 7. cap. cum Episcopus de offic. ordinarii in 6. consil. 121. sub num. 1. & in d. cap. cum venerabilis num. 32. non forsan in hospitali; quia aut est cum auctoritate, & consensu Episcopi electum, quo casu Ecclesiasticum dicitur. Bal. in Auth. hoc jus proventum sub num. 11. C. de

H b 3

C. de

- Cap. de sacros. Eccles. Paul. de Castr. in l. Orphanotrophus in princ. Cap. de Episc. & Cler. Card. in Clem. 11. in 10. quest. de prebend. Abb. in cap. Ad hac, numer. 1. de relig. dom. & cum intervenit consensus Episcopi in fundatione sub tali forma facta, consensus Episcopi validat dictam ordinationem, non solum in sui, sed etiam in successorum prejudicium. Abb. in dict. cap. tertio sub numer. 13. Felix. in dict. cap. comm. venerabilis sub numer. trigesimo tertio. Barbat. conf. 33. colum. ante penult. vers. Esi dicitur Episcopus lib. 1. Rocc. de Curie de iure par. in verb. pro eo, quod sub numer. 26. & non seg. Contra tamen facere videtur, quod tradit Feder. conf. 111. numer. 4. ubi Episcopus aliquam Ecclesiam a se generaliter eximat, non potest a se abdicare visitationem, & correctionem; ad quod tamen responderi potest, illud posse procedere in Ecclesia jam constructa, & fundata, tunc agitur de amitten. jure quatenus non fundasset testator nisi cum illa lege, ut bene Barbat. Abb. Roch. ubi supra, sed adhuc replicatur ex traditis per eundem Federic. conf. 247. qui extendit etiam quando Episcopus id ageret in fundatione ipsius Ecclesie, & respondet contrarius: Aut hospitale hoc fuit sine Episcopi auctoritate fundatum, & tunc, cum non sit locus religiosus. Bald. & alii supra citati, Card. consil. 13. numer. 10. Abb. conf. 3. numer. 2. par. 1. de jure communi non competit Episcopo visitatio. Abb. in cap. fin. in 1. notab. de Cens. Gabr. in prealleg. conf. 195. numer. 15. lib. 2. & licet extinguitur ma sacri Concilii Tridentini possit Episcopus hujusmodi hospitalia, saltem ut delegatus visitare, tamen Concilium tribuit illi hanc facultatem, dummodo non sit aliter in fundatione cautum: pro Priore autem facere videtur, quia ubi datur specialis visitator generalis, visitare non potest. Bal. in l. 1. numer. 2. ff. de offic. conf. sequitur Felix. in dict. cap. Pastoralis num. 2. in fin. & dicit idem Balan. aut. habita num. 58. nequ. pro patre. quod quando datur specialis visitator per Papam, derogatum est visitatori generali, qui tamen numer. 59. dicit hoc verum, quando est datus ad petitionem visitandorum, non quando motu proprio: ratio diversitatis est, ut explicat Corn. conf. 76. post numer. 8. lib. 1. quia quando datur ad postulationem, datur ad favorem ipsorum, quando datur motu proprio, potest alia subesse causa, & quod specialis visitator, quando datus est favore visitandi solus visitet, tradit Ang. in dict. l. Testamenta vers. si favore personarum. Cap. de testament. & facit, quod dicit Jacob. de Aren. in l. quod in verum §. si quis, post numer. 1. quem sequuntur Oldrad. Alber. numer. 2. Bald. numer. 1. cum post numer. 1. ff. de leg. 1. quod Episcopus non potest visitare fratres Humiliatos de Mediolano, quibus per privilegium fuit indultum, ut per ministrum visitentur; idem tradit Corn. conf. 30. numer. 4. lib. 2. R. in. in d. conf. 7. num. 6. Troil. de Malver. de oblat. par. 2. dubi. 4. numer. 13. alias 44. & seg. Rem. Jun. conf. 715. numer. 10. Menoch. de presump. 18. sub numer. 16. vers. Nonus est casus. Surd. conf. 56. numer. 53. vers. Et exemplum de visitatore: Contrarium tamen, quod visitator specialis a Papa depu-

deputatus non faciat, quo minus Episcopus visitet, tradit Anchar. in cap. si tibi. qui
sub numer. 2. vers. quid ergo si Papa de rescript. in 6 sequitur las. in d. l. quod in rerum, §. si
quis post. sub num. 6. vers. breuiter his non obstantibus, & decisionem Iacobi de Aren.
dicit esse dubiam Menoch. conf. 468. sub numer. 14. vers. Respondetur primo, qui adducit
multos dissentientes. Prima tamen opinio procul dubio est vera, & rationibus Ias.
respondet Menoch. ubi supra, & quamvis Aret. in d. §. si quis post, dubitet de doctri-
na Jac. de Aren. tamen ut animadvertit Ruin. d. conf. 7. sub num. 6. idem Aret. conf. 102.
signatur doct. Ang. quando favore personæ est datus visitator: faciunt pro ista
opinionem, quæ dicta sunt superius, quando jurisdictionis est concessa favore certarum
personarum: præsertim cum in casu nostro, non in specie, sed in individuo concessa
sit visitatio ad tradita per Aret. in dict. conf. 102. post numer. 17. Aym. dict. conf. 411.
numer. 33. vers. pro hoc magis in terminis: quod maxime procedit in priore Patrono
constituto propter Jus patronatus, quod habet in dicto hospitali ex dicta fundatio-
ne, ut per lo. Bapt. Ferretum conf. 142. numer. 14. & quia non est persona subdita E-
piscopo, talis enim subiectio in hac materia attenditur, Bart. in l. fin. in fin. C. de reb.
milit. lib. 12. Brun. conf. 47. col. 2. vers. postremo prædicta, Felu. in d. cap. Pastoralis sub nu-
mer. 2. vers. Considera bene, Corn. conf. 3. sub numer. 4. vers. Ad hanc intelligentiam ma-
ximè confert. lib. 2. Menoch. d. conf. 478. sub numer. 13. vers. imò idem dicit, ut docuit Bart.
& fuit dictum in illa Burgen. Multa alia possunt pro utraque parte adduci: ista enim
materia, ut dicit Ang. in d. l. testamenta, intricata est, & calus iste continet magnam
dubitationem, propterea de ea erit particulariter videndum.



D E-